Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8293
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

infirmitate sive consty plerq; in desperacionem cadunt. Illi singularis
sima estimant cuncta que agunt. Isti despecta vehementer esse
putant que fecerunt. et idcirco in desperacione frangunt. Sub
taliter itaq; ab arguente discuciendo sunt opera proteruorum.
Vt in quo sibi placent ostendat. quia deo displicent. Dum enim
proteruos melius corrigimus cum ea que bene egisse credunt.
mala acta monstramus. Vt bene adepta gloria credit. inde
vtilis confusio subsequat. Nonnunquam vero cum se vicium ptiu
nime pretrasse cognoscunt compendiosius ad correccionem
veniunt. si alterius culpe manifestatoris. et ex latere resiste
nt proprio confundant. Vt ex eo qd defendere negunt. cognoscat
se tenere improbe qd defendunt. Unde cu protue paulus
corinthios aduersum se mucrem videret inflatos. Vt alius
apollo. alius pauli. alius cephe alius xpi se esse diceret. mesta
culpam in medio deduxit. que apud eos pretrata fuerat.
et incorrecta pmanebat dicens. Audit inter vos formicatio.
et talis formicatio que nec inter gentes. ita ut vxorem patris
quis habeat. Et inflati estis et non magis luctu habuistis.
Vt tollat de medio eorum qui hoc opus fecit. Ac si aperte
dicat. Qd vos per proteruiam huius vel illius dicitis. qui
per dissoluccionem negligencie nullus vos esse monstrat.
Et contra pusillanimes apcius ad iter bene agendi redu
cimus. si quedam illorum bona ex latere requiramus. Vt
dum in eis alia reprehendendo corrigimus. alia amplectendo
laudamus. ctus eorum teneritudinem laus audita nutriat.
quam culpa increpata castigat. Plerq; aute apud illos
vtilius proficimus. et se eorum gesta bene memoramus.
et siqua ab eis inordinate gesta sunt. no iam tanquam p
petrata corrigimus. Sed quasi adhuc pretrari debeant pro
hibemus. Vt et illa que approbamus. illatus fauor augeat.
et contra ea que reprehendimus magis apud pusillani
mes exhortatio verecunda conualescat. Unde idem paulus
cum ad tessalonicenses in acepta predicacione educates.
quasi de vltimo mundi termino quadam cognosceret pusilla
nimitate turbatos pius in eis que fortia prospicit laudat.
et caute postmodum monendo que infirma sunt roborat.